



2b. 15



96.
40

RECTOR
ACADEMIÆ FRANCOFUR-
TANÆ
FRANCISCUS

OMICHIUS,
Artis Medicæ Doctor, Professor Publ. &
Facultatis SENIOR.

*Religiosum ac pium funebris deductionis
officium*

pro
FILIOLO SVO
JOHAN-CHRISTIANO

OMICHIO,
*9 Maij Anni proximè superioris nato, & 10 d. hujus
mensis denato*

A CIVIBUS ACADEMICIS

hodie requirit: ad quod
VICE-RECTOR

M. CHRISTOPHORVS

NEANDER,
Moralis Philosophiæ Professor

Publicus,

Omnes amicè cohortatur.

XIIX. CAL. OCTOB. A. N. clv. lvc, XXII.

Literis

FRIDERICI HARTMANNI,

Bibliopola.



26.

RICTOR

ACADEMIE FRANCOISE

TAKE

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

OMNIBUS

FRANCOISE

OMNIBUS



Herilis hac ac truculenta necessitas,
qua Germaniam haecenus constrin-
xit, efficere posse videtur: ut vel ob
funera eorum, quos hic caros habui-
mus, prorsus non doleamus: vel certe
ea quam moderatissime feramus. O-
culis enim omnium obversantur immania eorum faci-
nora: qui florentissimas quasdam patria nostrae regiones
penè ad inanitatem redegerunt, liberos è parentum cõ-
plexu, & à matrum uberibus avulsos vel mactarunt
crudeliter, vel in servitutem turpissimam abripuerunt,
vel quod multò lamentabilius est, horrèda idolomanie
manciparunt, nullũq; diritatis in quosvis alios gens omi-
serunt. Verum enimvero est imis viscerib. infixã sympa-
thia: qua miro opificis summi consilio ad doloris acerb-
tatem impelluntur, quoscunq; lex naturæ arctè inter se
devinxit, & communione sanguinis copulavit.

Nec minor vis est Charitatis ex verã in Deum
fide fruticantis. Hæc in unam unius corporis
compagem nos cogit, atq; ita consolidat: ut quanta
membrorum inter ipsa cognatio est, tanta quoq; neces-
sitas ad amorem mutuum & doloris communem sensum
in Fidelibus ipsis divinã virtute excitetur. Quod si ad
naturam vis gratiæ & spiritus, & ad utramq; recta
conversatio accedat: tum si amoris vel consensus hoc
veluti triplicatum filum abrumpi contingat, cor i-
psum intimè affici necesse est. Quare non sunt audiendi
Stoici, qui suam olim ætæq; venditabant, & apatbi-

am: quos *idea Seneca* in tantum extulit: ut inter istos &
ceteros sapientiam professos tantum interesse dice-
ret, quantum inter viros & foeminas. *Ac mirum est,*
quod Divus Hieronymus asserat in suis ad Iesabbia
commentariis, Stoicos nostro, id est, Christianorum,
dogmati in plerisque concordare. Istamen non is
ignoravit, argumentum impietatis maximum esse apa-
thiam: quam Theosophia nostra avertatur, & peccati nu-
trimentum esse docet, augmentum malorum, & caelestis
indignationis incentivum; eo praesertim tempore: quo
publicae humanum genus urgent calamitates, ex quibus
de consilio justissimi judicis Dei, & fumante irae eius ac
zelo conjectura capi potest. Si Patres familias domi in-
candescere, familia choreas ageret, inq; letitiam, lusum
ac jocum disflueret: an non estum iracundi Patris,
Mariti, Domini magis succenderet, & ut Moschis ver-
boutar, adderet ebria sitientem? Firmeia ad Jehovam
de exultabundo in malis suis populo querimoniae sunt:
O Jehova percutis eos, sed non dolent: columis eos,
sed renuunt accipere eruditionem: reddunt faciem
suam ob firmiorem petram: stultè agunt. Exsertè
verò Mosche; Cavete, ait, ne sit in vobis radix profe-
rens cicutam aut absynthium: ne benedicat sibi vir-
cum animo suo, dicendo, Pax erit mihi. Non acqui-
elcet Jehova, ut condonet ei: sed tunc fumabit ira
Jehovae & zelus eius contra virum talem. Exosi sunt
Apostolo ii, qui de doluerunt; laudati contra pii: qui

etiam

etiam aliorum causa plus fellis quam mellis gustant,
calcantque hoc torcular, quo cum flentibus flendum
est. Nulli eorum in mentem unquam venit, Misericor-
diam vitium esse: id quod disertis tamen verbis Seneca
affirmavit, dignissimus idcirco, cujus morosophiam S.
Augustinus in suis de civitate DEI libris corrigeret, sic
scribens: Longè melius & humanius, & piorum sen-
sibus accommodatius Cic. in Cæsaris laudibus lo-
cutus est, ubi ait, Nulla virtutibus tuis nec admira-
bilior nec gratior misericordia est. Hanc Cicero
locutor egregius non dubitavit appellare virtutem;
quam Stoicos inter vitia numerare non pudet.

Vos verò, CIVES ACADEMIÆ honoratissimi
atq; optimi, longè abestis ab eâ morum asperitate & pe-
toris callo, quo in apathiam homines indurescunt. Pro-
bè enim agnoscitis periculorum, quæ nos circumstant,
magnitudinem, fatemini q; cum Prophetis, nos hac tem-
pestate esse instar torris erepti ex incendio: quod ver-
bum Hbamosi est: seu instar titionis erepti ex igne: sic
Zecarias loquitur. Sumus certè ut tegillum in cucu-
merario relictum, & ut tugurium in vinea: quæ Je-
schabbia vox est, Jehova, inquit Hbamosus, nos eripu-
it ut particulam auritam, & duo crura, quæ eripit
Pastor ex ore leonis. Præter hæc ipsi consideratis mala
domestica, quæ partim superiore anno Urbem hancce,
nostram perculerunt, partim singulos nunc affligunt.
Nam & ipsa adversus nos elementa conspirasse visa.

sunt. Aqua ruptis cœli catarractis vineas, hortos, agros incredibili eluvione submersit & corrumpit. Ignis cœlitus delapsus horribile impetus sui in ipsos homines edidit spectaculum. At nunc etiam mors, ut cum Firmeia loquar, adscendit ad fenestras nostras, ingressa est in palatia nostra ad excindendum parvulos & vicis, juvenes & plateis. Ne simus igitur, (sic monet Salomon) ut qui jacent & dormiunt in medio mari: ut qui jacent in corona carchesij: qui dum percutiuntur, non ægrotant, dum tunduntur, non sentiunt. Coeamus, potius in cœtum: ut Deum quasi manufacta ambiamus orantes. Hæc enim vis, teste Tertuliano, Deo grata est. Deprecemur iratam faciem Jehovahæ, atque inclamemus cum Firmeia: Eheu gladii Jehovahæ, usquequò non es requieturus? recipe te in vaginam & quiesce. Induamus, sicut electos DEI decet, mutuam charitatem, & portemus alii aliorum onera: succurramus nostris in fide sociis, & quæ iis inflixit Deus vulnera, ea, quasi nostra essent emollire, atque persanare, quoad ejus fieri possit, cogitemus.

Hoc officium jure suo nunc à nobis, quamvis invitus, exigit ipse **MAGNIFICUS** Academia nostræ **RECTOR**, **Dn. D. FRANCISCUS OMICHIUS**, **Asclepiadei Ordinis Senior**, **Professor & Medicus excellentissimus**: cujus cum piam honoratissimamque familiam accessione bellissimi pusionis, anno proximè superiore, auxisset **Conditor animarum & spirituum Pater**:
valde

valde eo letatus est, infantemq, suū in baptismo, (quem
Photismum ab illuminatione Patres Græci olim dicere
consueverunt) ad beatam vitam devotè consignavit, id
unum deinceps animo suo agitans: ut hunc quoq, alterū
filium ad memoriam nominis sui, familiaq, laudem, &
spem posteritatis (si ita Deo visum foret) educaret. Ve-
rū tenuissima imbellis infantuli valetudo hanc spem
paulò post vehementer debilitavit: quòd ex indicis quā
plurimis haud obscurè Pater prudentissimus agnosce-
ret, puellum hunc suum non tam ad calamitosam hanc
vitam diutolerandam, quàm ad immortalē aliam ge-
nitum esse: ad quam etiam festinare videbatur, compa-
ge tenelli corpusculi identidem fatiscēte, & animulā,
ad solutionem ex ejus vinculis liberiores se quasi com-
parante. Affulserat quidem per æstatem præteritam &
paucis retrò mensibus spes aliqua confirmatioris sani-
tatis Parentibus, hoc nomine valde sibi gratulantibus:
sed & hanc subito interceptit atq, abscidit malum nunc
temporis minori ætati & infantibus inimicum, nempe
diarrhæa: cujus tanta fuit violentia: ut prostratis intra
paucas horas Filioli bellissimi viribus spiritum vitamq,
ei elideret. Cū enim die Martis præterito, horā tertiā
matutinā, dolores repentini intestina ei laxassent: conti-
festim ipsa nox sequens auctis derepente torminibus, &
morbo invalescente, medicamenta quamvis præstantis-
sima, quæ Pater peritissimus adhibuit, vicit, atq, ita in-
fanti quidem quietem verè quietam, post unius anni,

6

Et quatuor ferè mensium periodum, conciliavit, Parentes tamen in mœrorem maximum conjecit.

Ad hunc dolorem leniendum quamvis, Cives Academici, omnes vos pro viribus **MAGNIFICO** **RECTORI** malagma aliquod etiam ultrò afferre procul dubio cogitetis: placuit tamen pro recepto apud nos more de exequiis hodierni diei amicè vos cōmonefacere: ut quod vestra pte sponte facturi eratis officium, hoc nunc rogati eò libentiùs prestaretis. **FAUTOREM** enim vestrum agnoscitis: **DOCTOREM** Et **Præceptorem** veneramini: **RECTOREM** debito obedientiæ cultu prosequimini, Ad venerationis ergo atq; obsequii cultum adjicite, quod Sympathia Christiana à nobis antea proluxè cōmendata requirit. Non nescit quidem **Magnificus** **RECTOR** motus animi se vires (qualis profectò iste est) compefcere Et perturbatos tranquillare spiritus: ex vestro tamē conspectu plurimum levamenti capiet Et solatii: dum in ipsi quoq; partem aliquam doloris ejus in vos transtulisse videbim. **IPSE** verò, qui, quod ad vos ornandos faceret Et juvandos, nihil unquam hæctenus prætermisit, imposterum etiam publicis Academia nostra commodis Et privatis singulorum utilitatibus sese pari fide atq; prudentiâ impendere non dedignabitur. Valete.

G. F. D.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700



Von 7

MC







96.
401

TOR
FRANCOFUR-
E
ISCUS
HILUS,
Professor Publ. &
ENIOR
nebris deductionis
Suo
CRISTIANO
IO,
oris nato, & 10 d. hujus
nato
CADEMICIS
ad quod
TOR
PHORVS
ER,
ix Professor
ortatur.
N. cl. Isc, XXII.
RTMANNI,
r.